



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 813. Usque Ad Annum 859

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117867

§. 6. S. Remigii Translatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66103](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66103)

Sæculum IX.
A. C. 852. mus; primum illa ætate necdum aliam
 Theologiam, nisi Scripturæ & SS. Pa-
 trum studium, fuisse notam, deinde, Epi-
 scopos adhuc proprios Ecclesiæ Docto-
 res fuisse habitos, & ex eis aliquos in
 Francia doctissimos extitisse, quamvis
 illud inficiari nequeamus, eorum stilum
 nec tersum esse nec clarum, qualis illo-
 rum erat, qui felicioribus Sæculis scri-
 pserunt, eosque multas immiscere phra-
 ses dure sonantes, quæ illius ævi rustici-
 tatem produnt.

§. VI.

S. Remigii Translatio.

Mod. 1. I. Inter hæc, cum Hincmarus Ecclesiam S.
c. 21. l. III. Remigii ampliorem reddidisset, Cel-
e. 9. lam subterraneam mira arte construxit,
 quo S. Viri Corpus, omnibus Provin-
 ciæ suæ Episcopis præsentibus transtulit.
 Corpus inventum est adhuc integrum, &
 in thecam argenteam positum, cum lin-
 teo, quo primo involutum fuerat. Sed
 pars lintei cum sudariolo, quod caput
 tegebat, in capsulam eburneam missa, &
 ad Ecclesiam Dominæ nostræ, nempe Ca-
 thedralem, delata. Non ausus est Hinc-
 marus quidquam de sancto corpore ab-
 scindere, & Regi Germaniæ Ludovico
 aliquam partem petenti rescripsit, cre-
 dere se, non sine nota temeritatis maxi-
 mæ fieri posse, ut Corpus, quod Deus
 tot

tot annis integrum conservasset, homi-
 nes dividerent. Foris ante sepulchrum
 posuit opus aureum, gemmis ornatum,
 ubi erat fenestra, per quam inspicientes
 Corpus Sancti videbant, in ipsa vero
 Theca incisa erat Inscriptio versibus lati-
 nis, apposita Translationis die, nempe
 prima Octobris anno octingentesimo
 quinquagesimo secundo Pontificatus sui
 octavo. Hinc est, quod Festum S. Remi-
 gii prima die Octob. celebremus, quam-
 vis decima tertia Januarii obierit.

Sæculum IX.
 A. C. 852.

§. VII.

Hincmari Capitula.

Exinde elapso unius mensis spatio pri-
 ma Nov. anno 852. Hincmarus Sy-
 nodum suam celebrans Presbyteris suis
 documenta scripta in Articulos septen-
 decim divisa tradidit. In iis Aqua be-
 nedicta & Panis benedictus denotantur
 in hæc verba: *Ut omni die Dominico
 quisque Presbyter ante Missarum Solemnia
 Aquam benedictam faciat, de qua populus
 intrans Ecclesiam aspergatur, & qui vo-
 luerint, ex illa accipiant, & per mansio-
 nes, & agros, super pecora quoque sua, at-
 que super pabula eorum nec non & super
 cibos & potum suum conspergant. Sin-
 gulis diebus Dominicis & Festis Presby-
 ter panis particulas, quæ de oblatis vel
 de suo superfuerint, benedicat, & post
 Missa-*

to. 8. Conc.
 p. 569.

c. 5.

c. 7.